

Sigismundus I. Rex Polonie Lau-
do III. Summo Pontifici —

Sanctissime, etc Quo tempore erat in
Urbe venerabilis Andreas Carnlowolski Schu-
lasticus Cracoviens Secretarius meus, dederam
Ei negotium ut ad certas Ecclesias nominan-
di quos vellem facultatem mihi apud San-
ctitatem vestram impetraret, que pro eo fa-
vore et benevolentia, qua est in me, octo per-
sonas nominandi facultatem liberaliter con-
cipit. Quod illius beneficium constabile per-
mansurum existimarem prater opinionem
meam ad me allatum est, multa se factum
Sanctitatem vestram et concessam mihi se-
mel facultatem revocasse, quod Ego quidem
factum esse contra dignitatem meam non
omnino credo, sed si quid tamen accidit
ejusmodi, connivente fortasse Sanctitate
vestra rogo, ut id irritum esse iubeas, fac-
tanq; mihi Donationem ratam esse velit.
Ceterum nominaveram ante annos aliquod
data mihi facultate a Sanctitate vestra
ad Ecclesiam Plocensem Reverendum
Dnum Samuelum Plocensem Episcopum, Regni

mei Procancelarium sine mihi dilectum qui
cum Picensis jam Episcopus factus sit, non videtur
in eadem Ecclesia canonicus aut Praebatus minor
esse posse. Peto itaque a Sanctitate vestra, quan-
do quidem Nominatio haec, in Reverendo Domino
Episcopo effectu sortita non est ut mihi potesta-
tem faciat, eadem facultate alium quemvis
illi gratum nominandi. Sed et Summa Conjunctio
mea facultate sibi per Sanctitatem vestram con-
cessa, nominaverat ad Ecclesiam Cracoviensem
Venerabilem Carolum Antonium, qui iure
ordinario Canonatum assecutus cum ef-
set, nullus ei nominationis eius usus fu-
it. Peto itaque et illum transferri in perso-
nam bene Petri Sorembii Propositi Budensis
Summe Filie Meae Domine Isabella Regine Hungaricae Secre-
tarij, qui praeterquam quod vir est doctus, et
magna integritate praeditus, in dubijs his et pe-
niculosis Summe Filie Meae temporibus, ita est de
illa meritis, ut merito mihi de ornamento
Episcopi cogitandum sit. Fecerit Mihi San-
ctitas vestra rem valde gratam si petiti-
onibus his meis locum dederit, quas eiusmodi
esse confido, ut non sint a Sanctitate vestra
repudiandae. Datis vobis 6^{to} Julij A.D. 1541.